

Ad Clariſſ.

Dn. M. VVilhelmum Avianum,

Amicum cariſſ.

A *Stris eſſe ſuas, probat Experientia, vires,
Dum vario influxu corpora noſtra cient.
Non tamen abſtinuit miſcellis certa reperta,
Perdere commentis vana ſuperſtitio.
Hinc adeo, tetri maculata adſpergine abuſus,
Nobilis ars odio dedecoriq; fuit.
Nunc AVIANE ſuis purgas à ſordibus illam,
Quando, malo demto, ſcis retinere bonum.
Perge ita divinam magis illuſtrare Matheſin,
Et Trutinæ Hermetis ſcita novella doce.*

*Henricus Höffnerus, SS. Theo-
log. D. & Prof. publ.*

E *Cce genethliacam ſapienter ut excolat artem,
Exeultamq; gradus doceat ſervire per omnes
Uſibus humanis, Naturæ Confuſ & inter
Aſtologos quaſi Rex, alterq; AVIANUS Apollo,
Et magus inſignis, maculâ tamen abſq; Magia!
Stant circum innumeræ matres, caſtiq; mariti:
Stant viduæ & nymphæ: auſcultat genus omne præcorum.
Ex aulâ & caulâ, ſummus, medioximus, imus,
Auribus arrectis, hucusq; incognita mundo.
Conſilium attoniti prudens mirantur, & uſus
Docta reperta novi: lætantes juſſa capellunt.
Inquies eſt valdè Lucina, operoſaq; Inno
Urbibus exultat toris; novus emicat orbis
Natorum noviter, populo incrementa daturus,
Antiquum imminuit poſtquam vis effera Martis.
Horam & momentum vitales editi in auras
Aëdituus templi rubræ notat indice Crenæ:
Mnemoſynæ tabulas ſervat: ſic itur ad aſtra.*

Honori cauſa ſ.

**Philippus Müller, Med. Lic. &
Mathem. Profefs. publ.**